UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCCLXVIII. Markgraf Ludwig der Römer quittirt seinen Schwiegervater den König Kasimir von Polen über 3050 Mark Silber, am 26. Mai 1352.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56193

Visual Library

infra ſcripta, videlicet medietas opidi dicti Sloppe, molendinum integrum in dicto opido ſitum, et medium molendinum ante dictum opidum ſituatum, piſcine et aque eidem adiacentes et ad ipſum opidum pertinentes, et merica, cum omnibus et ſingulis pertinenciis ad dimidietatem opidi predicti pertinentibus, integritas villarum Dronowe et Salme, medietas ville Schonowe, eciam cum pertinenciis villarum predictarum. Que quidem bona ipſi Jacobo et Heinzoni boytin, patruis, et eorum heredibus, manu coniuncta et in ſolidum contulimus et conferimus per preſentes in omni modo, forma et condicione, prout memorato Jacobo adiudicata ſunt, juxta debitam juris formam vaſallorum noſtrorum, vt premittitur, perpetuis temporibus pacifice et quiete a nobis juſto pheodi titulo poſſidenda. In cuius etc. Preſentibus ambobus comitibus Swartzburg, Kothbus, Llochen, Hen. de Vchtenhagen et Ottone Morner. Datum Soldin Anno MCCClјј, dominica Miſericordia domini.

Klöden's Waldemar IV, 396.

DCCCCLXVIII. Markgraf Ludwig der Römer quittirt ſeinen Schwiegervater den König Kaſimir von Polen über 3050 Mark Silber, am 26. Mai 1352.

Nos Ludouicus Romanus etc. recognoſcimus publice per preſentes, quod excellens princeps ſocer et dominus noſter Kazimirus, polonie rex, nobis in mille trecentis et L marcis polonici nummi et relicte quondam nymiri militis dė Cracouia in centum et ſeptem marcis predicti nummi, computando marcam quamlibet pro XLVIII. groſſis loti pragenſis, integre ſatisfecit, de quibus ſiquidem predictis marcis ipſum ſocerum et dominum noſtrum et fideiuſſores ipſius dicimus preſentibus quitos, liberos et ſolutos preſencium teſtimonio litterarum. Datum Cracouie, Anno M°. CCC°. LII°. Sabbato poſt aſcenſionem domini.

Nach einer Abſchrift des Herrn von Hackwitz, worin jedoch die wahrſcheinlich falſch geleſenen Worte: et relicto quo dam nymiri militis in et relicte quondam nymiri militis und loci pragenſis in loti pragenſis abgeändert ſind.

DCCCCLXIX. Ludwig der Römer nebſt ſeinem Bruder Otto, Markgrafen von Brandenburg, verleihen der Stadt Luckow Zollfreiheit nebſt den Waſſermühlen vor der Stadt und allen Mühlen auf dem Stadtgebiete, den 4. Juli 1352.

Nouerint vniuerſi tenorem preſencium inſpecturi, Quod nos Ludouicus Romanus dei gracia Marchio Brandenburgenſis et Luſacie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni et Bauarie dux, Penſantes cum fratre noſtro Marchione